



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Vitæ D. N. Iesv Christi Monotessaron Evangelicum

Heser, Georg

Monachii, 1657

136. Christus Capharnai multos infirmos curat.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56533](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56533)

fos, & qui dæmonia habebant, & lunaticos,  
& paralyticos, & curavit eos. *Matth. 4.*  
*vers. 24.*

III. Et secutæ sunt eum turbæ multæ  
de Galilæa, & Decapoli, & de Hierosolymis,  
& de Iudæa, & de trans Iordanem. *Matth.*  
*4. v. 25.*

*Alia ex cap. 9. Matthæi.*

I. Circuibat Iesus omnes civitates, &  
castella, docens in synagogis eorum & præ-  
dicans Evangelium regni, & curans omnem  
languorem, & omnem infirmitatem. *Matth.*  
*9. v. 35.*

II. Videns autem turbas, misertus est  
eis: quia erant vexati, & jacentes, sicut oves  
non habentes pastorem. *Matth. 9. v. 36.*

III. Tunc dicit discipulis suis: Messis  
quidem multa, operarij autem pauci. Ro-  
gate ergo Dominum messis, ut mittat ope-  
rarios in messem suam. *Matth. 9. vers. 37.*  
*et 38.*

## MEDITATIO CXXXVI.

*Christus Capharnai multos infirmos  
curat.*

I. **C**VM sol occidisset, omnes qui habe-  
bant infirmos varijs languoribus, du-  
cebant

cebant illos ad eum. At ille singulis manus imponens, curabat eos. *Luc. 4. v. 40.*

II. Erat omnis civitas congregata ad januam. Et curavit multos, qui vexabantur varijs languoribus. *Marc. 1. v. 33. § 34.*

III. Omnes malè habentes curavit; ut adimpleretur, quod dictum est per Isaiam prophetam, dicentem: Ipse infirmitates nostras accepit, & ægrotationes nostras portavit. *Matth. 8. v. 16. § 17.*

## MEDITATIO CXXXVII.

*Christus omne genus morborum sanat  
in loco campestri.*

I. **D**escendens Iesus (de monte cum XII. Apostolis) stetit in loco campestri, & turba discipulorum ejus, & multitudo copiosa plebis ab omni Iudæa, & Ierusalem, & Maritima, & Tyri, & Sidonis, qui venerant, ut audirent eum, & sanarentur à languoribus suis, *Luc. 6. v. 17. § 18.*

II. Et qui vexabantur à spiritibus immundis, curabantur. *Luc. 6. v. 18.*

III. Et omnis turba quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat: & sanabat omnes. *Luc. 6. v. 19.*